



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Directorivm Sacerdotale & Clericorum Specvlvm Insigni Pietatis Ac Devotionis Supellectili exuberans**

**Kinckius, Matthias**

**Coloniæ, 1662**

De horarum recitatione,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46628](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46628)

## DE DUPLICI EXERCITIO PII SACERDOTIS.

### *Argumentum operis.*

**P**ii Sacerdotis est, duo præcipuè Exer-  
citia quotidie pro viribus exequi: 1.  
Horas Canonicas integre, reverenter,  
& attentè persolvere. Missæ Sacrifici-  
um cum debita præparatione, animi  
puritate, & spiritus fervore Deo offerre.

### *De Horarum recitatione.*

Quantum ad I. videlicet Horarum  
recitationem, curet Sacerdos virtuales  
saltem habere intentionem Deum lau-  
dandi & honorandi, idque exclusis di-  
stractionibus, quibus protestetur se  
nolle assentiri, Ad quæ juvabunt quæ  
sequuntur.

I. Præmittere Orationem hanc in  
fronte Breviarii positam.

### *Oratio ante Officium.*

**A**peri, Domine, os meum ad benedicen-  
dum



*duum nomen sanctum tuum, munda quoque cor meum ab omnibus vanis, perversis & alienis cogitationibus: intellectum illumina, affectum inflamma, ut dignè & attentè ac devotè hoc Officium recitare valeam, & exaudiri merear ante conspectum divinae majestatis tuae. Per Christum Dominum nostrum. Amen.*

2. Curare debet ne aliqua negligentia, vel oscitantia partem aliquam Horarum omittat.

3 Post finem officii dicat Orationem sequentem, quam devotè recitantibus Leo X. Papa, defectus & culpas in eo persolvendo ex humana fragilitate contractos, indulgit.

*Oratio post Officium.*

*Sacro-sancta & individua Trinitati; Crucifixi Domini nostri Iesu Christi humanitati beatissime ac gloriosissima Virginis Mariae fecunditati, atque integritati, omnium Sanctorum universitati, sit sempiterna laus, honor, virtus, & gloria, ab omni creatura, nobisque remissio peccatorum, per infinita saecula saeculorum Amen.*

*Et beata viscera Mariae Virginis qua portaverunt aeterni Patris Filium; & beata ubera*



que lactaverunt Christum Dominum. Pater  
noster, &c. Ave Maria, &c.

---

## DE MISSÆ SACRIFICIO.

Quantum ad 2. scilicet quotidianum  
Missæ Sacrificium. I. meminere, Sacer-  
dos pietatis studiosus verborum Vene-  
rabilis Bedæ Presbyteri.

*Beda venerabilis Hortatio ad quotidie cele-  
brandum.*

**S**acerdos non legitime impeditus celebrare  
omittens, quantum in eo est privat Sanctam  
Trinitatem laude & gloria, Angelos letitiâ,  
peccatores veniâ, iustos subsidio & gratiâ, in  
Purgatorio existentes refrigerio, Ecclesiam spe-  
ciali Christi beneficio, & se ipsum medicinâ ac  
remedio.

*Intentio recta formanda.*

II. Caveat ne aut arida consuetudine  
ductus, aut vana gloria, aut (quod tur-  
pius est) spe lucri ad Altare sacrificatu-  
rus accedat: sed quotidie bonam ac piam  
sibi



*duum nomen sanctum tuum, munda quoque cor meum ab omnibus vanis, peruersis & alienis cogitationibus: intellectum illumina, affectum inflamma, ut dignè & attentè ac devotè hoc Officium recitare valeam, & exaudiri merear ante conspectum divinae majestatis tuae. Per Christum Dominum nostrum. Amen.*

2. Curare debet ne aliqua negligentia, vel oscitantia partem aliquam Horarum omittat.

3. Post finem officii dicat Orationem sequentem, quam devotè recitantibus Leo X. Papa, defectus & culpas in eo persolvendo ex humana fragilitate contractos, indulgit.

*Oratio post Officium.*

*Sacro-sancta & individua Trinitati; Crucifixi Domini nostri Iesu Christi humanitati beatissime ac gloriosissima Virginis Mariae fecunditati, atque integritati, omnium Sanctorum universitati, sit sempiterna laus, honor, virtus, & gloria, ab omni creatura, nobisque remissio peccatorum, per infinita saecula saeculorum Amen.*

*Et beata viscera Mariae Virginis qua portaverunt aeterni Patris Filium; & beata ubera*